

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1. Vtrum filius Dei assumere debucrit in humana natura corporis defectus.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

QVAEST. XIII.

Iunctatem. Et est sermo de Christo homine secundum propriam uitatem. Ek hoc modo Agathon dicit, quod uoluit latere. & non potuit, scilicet secundum propriam uitatem? potuisse tamen secundum instrumentalem uitatem. Nec haec minus pie sonant apud differentes inter subiacentia & non subiacentia Christo homini secundum propriam uitatem, quamquid decuerint humanam Christi voluntatem recta desideria etiam fine operae.

In responsione ad secundum, optime uteris distinctione inter uoluntatem antecedenter uel absolute, attribuendo preceptum taciturnitatis significabit: nolebat tamen absolute, hoc est omnibus consideratus, tacari, & video non peccabant publicantes illa miracula.

In responsione ad tertium, considera quanta sit necessitas orandi, cum etiam ad ipsa opera, que Christus faciebat, si facturum, orationis medium adhiberet, ea ratione, quia orationes causa medie sunt ad operan& & consequenda: fine causis autem meis uelle efficiuntur, sicut uelle colligere frumenta sine seminacione;

Super questionis 14. articulum pri-

Articuli clarus est.

In corpore unito est conclusio, Conueniens fuit corpus assumptum a filio Dei, defectibus subiacere. Probatur tripliciter. Primo ex fine incarnationis: secundo, ex fidei susceptione: tertio ex exemplaritate patientie. Et omnia clara sunt in litera,

Q. 7. art. 9. et
Q. 2. art. 1.

Q. 2. art. 2.

Epist. 56. non
malatum an-
se medium
tom. 2.

tem ipsius, quia humanam gloriam refugiebat, secundum illud Ioani. 8. Ego gloriam meam non querbo. Volebat tamen absolute praefertim secundum diuinam uoluntatem, ut publicare tur miraculum factum, propter aliorum utilitatem.

Ad tertium dicendum, quod Christus orabat & pro his, quae uirtute diuina fienda erant, & pro his etiam, quae humana uoluntate erat facturus, quia uirtus & operatio animae Christi dependebant a Deo, qui operatur in nobis uelle & perficere, ut dicitur Philip. 2.

QVAESTIO XIII.

De defectibus corporis assumptis a filio Dei, in quatuor articulos divisa.

DEINDE considerandum est de defectibus, quos Christus in humana natura assumpsit. Et primo de defectibus corporis: secundo de defectibus animae.

CIRCA primum queruntur quatuor.

Primo, utrum filius Dei assumere debuerit in humana natura corporis defectus.

Secondo, utrum assumperit necessitatem his defectibus subiacendi.

Tertiò, utrum hos defectus contraxerit.

Quartò, utrum omnes huiusmodi defectus assumperit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum filius Dei in humana natura assumere debuerit corporis defectus.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod filius Dei non debuerit assumere humana naturam cum corporis defectibus. Sicut enim anima unita est personaliter uerbo Dei, ita & corpus: sed anima Christi habuit omnimodam perfectionem & quantum ad gratiam, & quantum ad scientiam, ut supra dictum est.* ergo etiam corpus eius debuit esse omnibus modis perfectum, nullum in se habens defectum.

Totius. Præter. Anima Christi uidetur uerbū Dei ea uisione, qua beatividet (ut supra dictum est)* & sic aia Christi erat beata: sed ex beatitudine anima glorificatur corpus: dicit n. Augustinus* in epistola ad Diocorum, Tam potenti natura Deus fecit animam,

Fvt ex eius plenissima beatitudine redunderet etiam in inferiorem naturam, quæ est corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis uigor. Corpus igitur Christi fuit incorruptibile, & absque omni defectu.

Totius. Præter. Pena consequitur culpam: sed in Christo non fuit aliqua culpa, secundum illud primæ Pet. 2. Qui peccatum non fecit, ergo nec defectus corporales, qui sunt poenales, in eo esse debuerunt.

Totius. Nullus sapiens assumit id, quod impedit ipsum a proprio fine: sed per huiusmodi defectus corporales, multipliciter uidetur impediti finis incarnationis. primo quidem, quia propter huiusmodi infirmitates, homines ab eius cognitione impediuntur, secundum illud Isa. 53. Desiderauimus eum desipientes & nouissimum uirorum, uirum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus uultus eius & despexit: unde nec reputamus eum m. Secundum, quia sanctorum patrum desiderium non uideatur impleri, ex quorum persona dicitur Isa. 5. 1. Conserge, conserge, induere fortitudinem, brachium domini. Tertio, quia congruentius fortitudinem, quam per infirmitatem, videbatur & potestas diaboli posse superari, & humana infirmitas posse sanari. Non ergo uidetur eoueniens fuisse, quod filius Dei humanam naturam assumperit cum corporalibus infirmitatibus, sive defectibus.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. 2. In eo, in quo passus est & tentatus, potens est & cis, qui tentatur, auxiliari: sed ad hoc uenit, ut nos adiuuaret: unde & David dicebat, Leuati oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. ergo conueniens fuit, ut filius Dei carnē assumperit, infirmitatibus humanis subiacentem, ut in ea possit pati & tentari, & sic auxilium nobis ferre.

RESPON. Dicendum, conueniens fuisse, corporis assumptū a filio Dei humanis infirmitatibus & defectibus subiacere, & præcipue propter tria. Primo quidem, quia ad hoc filius Dei carne assumptus, uenit in mundum, ut pro peccato humani generis satisfacceret. Vnus autem pro peccato alterius satisfactum, dum penam pro peccato alterius debitam infuscipit. Huiusmodi autem defectus corporales, scilicet mors, fames, siti, & huiusmodi, sunt poena peccati, quod est in mundum per Adam introductum, secundum illud Roman. quinto. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Vnde conueniens fuit quantum ad fidem incarnationis, quod huiusmodi poenalitates in nostra natura susciperet uice nostra, secundum illud Isa. 53. Vere languores nostros ipse tulit. Secundum, propter fidem incarnationis altruendam. Cum enim natura humana non aliter esset nota hominibus, nisi prout huiusmodi corporalibus defectibus subiacet, si sine his defectibus filius Dei humanam naturam assumperisset, uidetur non fuisse uerus homo, nec ueram carnem habuisse, sed phantasticam, ut Manichæi posuerunt. Et ideo, ut dicitur Philipen. secundo. Exinanuit semetipsum formam serui accipiēs, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Vnde & beatus Thomas per apostolum unum pernatum est ad fidem reuocatus, ut dicitur Ioa. 20. Tertio, propter exemplum patientiae, quod nobis exhibet, passiones & defectus humanos fortiter tolerando. unde dicitur Hebr. 12. Sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini, animis uestris deficiente.

Ad.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ satisfactio pro peccatis alterius, habet quidem qualis materia poena, quas aliquis pro peccato alterius sustinet: sed pro principio habet habitum animi, ex quo inclinatur ad volendum satisfacere pro alio, & ex quo satisfactio efficaciam hēt: non enim est efficax satisfactio nisi ex charitate procederet, ut infra dicetur. * Er iō oportuit autam Ch̄ri & perfectam esse, quantum ad habitus scientiarum & uirtutum, ut haberet facultatem satisfaciendi, & q̄ corpus eius esset subiectum in firmitatibus, ut ei satisfacionis materia non decesset.

AD SECUNDVM Dicendum, q̄ secundum naturalem habitudinem, quā est inter animam & corpus, ex gloria animi & redundant gloria ad corpus: sed hec naturalis habitudo in Christo subiacet uoluntati diuinitatis ipsius, ex qua factum est, quod beatitudo remaneret in anima, & non deriuaretur ad corpus, sed caro patetur, que conuenient natūre passibili secundum illud quod Dam.* dicit, quod beneplaci te diuine uoluntatis, permittebatur carni pati, & operari quę propria.

AD TERTIVM dicendum, q̄ poena temper sequitur culpam actualē uel originalem, quādōq; quidem eius q̄ punitur, quādōq; aut alterius, pro quo ille, qui poenas patitur, satisfacit. Et ita accedit in Christo, sicut illud Isaia 53. Ipse uulnerat ęst properū ini quitates nostras, attritus ęst properū scelerā nostra.

AD QUARTVM dicendum, quod infirmitas assūmpta Christo nō impedivit finem incarnationis, sed maxime promovit, ut dictum est. * Et quamvis per homī infirmitates absconderetur eius diuinitas, manifestabatur tamen humanitas, que est uia ad diuinitatem perueniendi, secundum illud Rom. 5. Accessum habemus per Iesum Christum ad Deum. Dicitur autem antiqui patres in Christo, non qui dem fortitudinem corporalem, sed spiritualem per quam & diabolum uicit, & humanam infirmitatem sanauit.

Super Questionis quartaadecima Art. secundum secundum.

Titulus intelligendus ęst ut iaceat.

In corpore duobus. Primo, ponitur una distinctione bi membris: cum condonibus membro rum & multiplicitate utriusque. Secundo, respondetur quae sit tribus conclusio nibus distinctio ęst. Necessitas est duplex coactionis, uel naturalis. Conditio necessitatis coactionis est, quod est ab extrin seco, multiplicatas eius est, quod contrariatur quandoque natura, quandoque uoluntati, quia tam natura, quam uoluntas est principium intrinsecum, illa autem est ab extrinseco. Conditio necessitatis naturalis est, quod consequitur principium naturale, multiplicata eius est, quia uel coequitur formam

Alus dicit Romano. octauo. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati: sed conditio carnis peccati est, quod habeat necessitatem moriendi & sustinendi alias huiusmodi passiones. ergo talis necessitas sustinendi hos defectus fuit in carne Christi.

RE S P O N S U M. Dicendum, quod duplex est necessitas. Una quidem coactionis, que fit ab agente extrinseco. Et hec quidem necessitas contrariatur & naturae & uoluntati, quorum utrumque est principium intrinsecum. Alia autem est necessitas naturalis, que consequitur principia naturalia, puta formam, sicut necessarium est ignem calefacere, uel materiam, sicut necessarium est corpus ex contrariis composite dissoluī. Secundum igitur hanc necessitatem, que consequitur materiali, corpus Christi subiectum fuit d necessitat mortis, & aliorum huiusmodi defectuum: quia sicut dictum est, * beneplacito diuina uoluntatis, carni Christi permittebatur agere, & pati quę propria.

Hec autem necessitas causatur ex principiis carnis humanae, ut dictum est. * Si autem loquamur de necessitate coactionis, secundum quidem quod repugnat naturae corporali, sic iterum corpus Christi secundum conditionem propriæ naturæ necessitati subiacuit, & clavi perforantis, & flagelli percutientis.

Secondum uero quod necessitas talis repugnat uoluntati, manifestum est quod in Christo non

Dicitur. Vñ q̄ Christus non ex necessitate his defectibus subiacuerit. Dicit enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit, & loquitur de oblatione ad passionem: sed uoluntas opponitur necessitate: ergo Christus non ex necessitate subiicit corporalibus defectibus.

Propter Damasc. * dicit in 3. lib. Nihil coactum in Christo confideratur, sed omnia uoluntaria: sed quod est uoluntatem humanam Christi absolute, prout sequitur rationem deliberantem, sed solum secundum naturalem motum uoluntatis, prout s. naturaliter refutit mortem, & etiam corpori documenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus dicitur oblatus, quia doluit & uoluntate diuina, & uoluntate humana deliberata: licet mors effet contra naturalem motum uoluntatis humanę, ut Damasc. * dicit.

AD SECUNDUM patet responsio ex dictis.†

AD TERTIVM dicendum, quod nihil fuit potentius, quam anima Christi absolute: nihil tamē prohibet aliquid fuisse potentius, quantum ad hunc effectum: sicut clavis ad perforandum. Et hoc di-

uel materiali. Prima conclusio est. Corpus Christi secundum necessitatem naturalem consequentem materiali, subiectum fuit necessitate mortis, & aliorum huiusmodi defectuum. Probatur. Carnis Christi permittebatur agere & pati, que erant propria: sed necessitas horum defectuum causatur ex propriis carnis ero go.

Secunda conclusio est. Corpus Christi secundum conditionem propriam naturae subiacuit necessitate coactionis repugnantis naturae corporali, ut patet de clavo perforante, & flagello percutiente.

Tertia conclusio eo. In Christo non fuit necessitas coactionis repugnantis uoluntati diuina aut humana absolute, sed solum secundum naturalem motum uoluntatis. Hac conclusio non aliter probatur, sed ex declaratione terminorum relinquuntur evidens apud theologos. Declara tur siquidem uoluntas ab solute, hoc est conseq̄ueens rationem deliberantem, & naturaliter refutit mortem corporis que documenta.

Vbi nota primò, quod apud Autorem hic, deliberatio est actus rationis. Et uoluntas dicitur deliberata denomi natu a ratione deli berante, & causali ter, quia consequitur rationem deliberantem (quæ scilicet ratio omnibus confide ratis concludit ali quid esse malum uel bonum, fugiendum uel prolequendum) & sequitur motus uoluntatis confor mis tali rationi appetens uel fugiens, qui uocatur uoluntas de liberata.

Naturalis autem

voluntas vocatur in corpore.

Motus ille uoluntatis, qui consequitur rationem apprehendentem bonum uel malum, non con sideratis omnibus cir cunstantiis, sed ipsum nudum obiectum bo num (puta uitam san-

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus necessitatem his defectibus subiaciendi assumperit.

Dicitur. Primum. Nihil coactum in Christo confideratur, sed omnia uoluntaria: sed quod est uoluntatem humanam Christi absolute, prout sequitur rationem deliberantem, sed solum secundum naturalem motum uoluntatis, prout s. naturaliter refutit mortem, & etiam corpori documenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus dicitur oblatus, quia doluit & uoluntate diuina, & uoluntate humana deliberata: licet mors effet contra naturalem motum uoluntatis humanę, ut Damasc. * dicit.

AD SECUNDUM patet responsio ex dictis.†

AD TERTIVM dicendum, quod nihil fuit potentius, quam anima Christi absolute: nihil tamē prohibet aliquid fuisse potentius, quantum ad hunc effectum: sicut clavis ad perforandum. Et hoc di-